

his nulla desit, Carle chare, gratia  
mensura pandit, atque ærarum quantitas.  
non mensa dives cognomento ferculum,  
vobis sana princeps per doctorum fercula.  
sermone dicta strinxi lege carminum,  
inserta junxi diversis ut calleas  
nam nempe de his explanavi largius,  
rens quippe quædam computavi strictius,

A Et si dignum stricta ducis explicari plenius.  
Adsum votis forte nobis si donantur otia  
Prendat rex quæ præsul offert, et demonstret ma-  
[ribus  
Sensu verbo hæc in actu cunctis regno subditis  
Longa felix vivat isto Carlus vita sæculo,  
Vivat clarus semper almo sanctorum in consortio.

# HINCARI

ARCHIEPISCOPI RHEMENSIS

## OPUSCULA VARIA

### I.

#### DE REGIS PERSONA ET REGIO MINISTERIO

AD CAROLUM CALVUM REGEM.

(Apud Sirmondum, ex codice S. Remigii Rhemensis.)

#### PRÆFATIO.

glorioso fideliter devotus et devotè fidelis.  
antes præceptum Domini per prophetam  
*Interroga sacerdotes legem meam* (Agg. II,  
quibusdam capitulis me consulere vobis  
e quibus quoniam per se Veritas dicit, *Qui  
o loquitur, gloriam propriam quærit* (Joan,  
ignam duxi non nudo meo sermone vobis  
, sed quid in Scripturis sacris et per  
doctores inde loquatur Spiritus sanctus,  
odoriferos flosculos, ut revera de agro  
ripturarum scilicet campo, cui benedixit  
breviter in unum vobis colligere. Et sciens  
a, *Quod supererogaveris, ego cum rediero  
bi* (Luc. x, 15), de his quæ regio ministerio  
eo commisso competere vidi, quasi scin-  
antes lumini scientiæ vestræ superadjeci.  
, ut Comicus dicit (*Ter. in Andr.*) :  
sequium amicos, veritas odium parit,  
sentatio, videlicet adulatio, principi ac do-  
æ placere debet, minime autem sacerdotem  
um oportet, si quiddam mordacius dictum  
tibus a me collectis de regis persona et regio  
o inveneritis, non contra vos, quæso, sed  
eas me collegisse putetis, quoniam aut  
benignitate ac bonitate, sicut ipsæ descri-  
entiæ, vos esse et sic agere scio, aut talem  
agere cupio. Hujus autem libelli sententiæ  
unt collectione distinctæ. Primo quidem de  
egis et regio ministerio in generali reipu-  
sa. Deinde quæ debeat esse discretio in  
dia, et de ultione specialium personarum,

B quæ si exitialiter agentes aliter non potuerint corrigi,  
temporali morte præcipiuntur multari, quod a qui-  
busdam dicitur contradici. Tum quia rex propter  
ministerium regium, etiam nec quibuscunque pro-  
pinqunitatis necessitudinibus, contra Deum sanctam-  
que Ecclesiam atque contra rempublicam agentibus  
criminaliter, affectu carnali parcere debeat.

CAP. I. — *Quod bonos reges Deus facit, malos per-  
mittit.*

Quoniam, ut scriptum est, *Domini est regnum*  
(Psal. xxi, 19), et cui voluerit dubit illud (Dan. iv,  
14) : et sicut beatus Augustinus in libro de Bono  
perseverantiæ dicit (cap. 6) : « Nihil fit nisi quod aut  
Deus facit, aut fieri juste permittit, » cum boni reges  
regnant, sicut Dei gratia boni sunt, ita et Deo agente  
regnant, sicut ipse dicit : *Per me reges regnant* (Prov.  
viii, 15); et cum mali reges regnant, sicut mali sunt  
suo vitio, ita et regnare permittuntur divino judicio,  
interdum occulto, sed nunquam injusto, sicut scrip-  
tum est : *Qui facit regnare hypocritam propter pecca-  
ta populi* (Job xxxiv, 30). Fuit dictum est, ex justi-  
tiæ retributione permittit, eo locutionis genere quo  
dicitur, *Induravit Dominus cor Pharaonis* (Exod.  
ix, 12). *Induravit* dictum est, per gratiam non mo-  
livit, sed ex justitiæ retributione indurari permisit.  
De quibus, qui non faciente sed Deo permittente  
regnant, Dominus per prophetam quæritur dicens :  
*Ipsi regnaverunt, et non ex me : principes exstiterunt,  
et non cognovi* (Ose. viii, 4). « Ex se, inquit Grego-  
rius (*Pastoral. cap. 1*), et non ex arbitrio summi  
D rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus, nequa-

quam divinitus vocati, sed sua cupidine accensi, culmen regiminis rapiunt potius quam assequuntur: quos tamen internus iudex et provehit, et non cognoscit, quia quos permittendo tolerat, profecto per iudicium reprobationis ignorat. » De quibus Domino per Psalmistam dicitur: *Dejecisti eos dum allevarentur (Psal. LXXII, 18)*. Dum allevatur enim dejicitur, qui honoribus proficit, et moribus deficit. Justus namque et misericors Dominus, mortalium acta disponens, alia concepit propitius, alia permittit iratus, atque ea quæ permittit sic tolerat, ut hæc in sui consilii usum vertat.

CAP. II. — *Quod populi felicitas sit rex bonus, infelicitas rex malus.*

De nomine regis, et quæ sit felicitas populis sibi subjectis, si gratia Dei bonus rex super eos regnaverit, et quæ sit infelicitas populis sibi subjectis, si malus suo vitio rex super eos regnaverit, sanctus Cyprianus in libro de gradibus Abusionum ostendit (cap. 9): « Nomen, inquit, regis intellectualiter hoc retinet, ut subjectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores, ne iniqui sint, non corrigit? quoniam in justitia regis exaltabitur solium, et in veritate solidabitur gubernaculum populorum (Prov. XVI). Justitia vero regis est, neminem injuste per potentiam opprimere, sine personarum acceptione inter virum et proximum suum juste judicare, advenis et pupillis et viduis defensorem esse, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos et histriones non nutrire, impios de terra perdere, parridas et perjurantes vivere non sinere, ecclesias defendere, pauperes elemosynis alere, justos super regni negotia constituere, senes et sapientes et sobrios consiliarios habere, magorum et hariolorum, pythonissarumque superstitionibus non intendere, iracundiam differre, patriam fortiter et juste contra adversarios defendere, per omnia in Deo confidere, prosperitatibus animum non elevare, cuncta adversa patienter tolerare, fidem catholicam in Deum habere, filios suos non sinere impie agere, certis horis orationibus insistere, ante horas congruas cibum non gustare. *Væ enim terræ cujus rex puer est, et cujus principes mane comedunt (Eccle. x, 16)*. Hæc regni prosperitatem in præsentia faciunt, et regem ad cælestia regna meliora perducunt. Qui vero regnum non secundum hanc legem dispensat, multas nimirum adversitates imperii tolerabit. Idcirco enim pax sæpe populorum rumpitur, et offendicula etiam de regno suscitantur, terrarum quoque fructus diminuuntur, et servitia populorum præpediuntur, multi et varii dolores prosperitatem regni inficiunt, charorum et liberorum mortes tristitiam conferunt, hostium incursus provincias undique vastant, bestiarum armentorum et pecorum greges dilacerant, tempestates veris et hiemis turbantur, terrarum quoque fecunditatem et maris ministeria prohibent, et aliquando fulminum ictus segetes et arborum flores et pampinos exurunt. Super omnia vero regis injustitia,

non solum præsentis imperii faciem fuscant, sed etiam filios suos et nepotes, ne post se regni hæreditatem teneant, obscurant. Propter piaculum enim Salomonis regnum domus Israel Dominus de manu filiorum ejus dispersit, et propter justitiam David regis lucernam de semine ejus semper in Jerusalem reliquit (III Reg. XII, XVI). Ecce quantum justitia regis sæculo valet, intuentibus perspicue patet. Pax enim populorum est, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis; cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terræ fecunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, et sibi metipsi spes futuræ beatitudinis. Attamen sciat reus quod, sicut in throno hominum primus constitutus est, sic et in pænis, si justitiam non fecerit, primatus habiturus est. Omnes namque, quoscunque peccatores sub se in præsentia habuit, supra se modo implacabili in illa pæna futura habebit. »

CAP. III. — *Magnæ potentie argumenta est recta administratio.*

Quod ex bona administratione regiminis magnæ esse cognoscitur potentia temporalis: « Magna est, inquit beatus Gregorius in libro Moralium (lib. XIV Moral., cap. 19) potentia temporalis, quæ habet apud Deum meritum suum de bona administratione regiminis. Bona est ordine suo potentia, sed cautius regentis indiget vita. Igitur bene hanc exercet, qui et retinere illam noverit, et impugnare. Bene hanc exercet, qui scit per illam super culpas erigi, et scit cum illa cæteris æqualitate componi. Humana etenim mens plerumque extollitur, etiam cum nullius potestate fulcitur: quantum magis in altum se erigit, cum se ei etiam potestas adjungit? Et tamen corrigendis aliorum vitiis apta executione præparatur. Unde et per Paulum dicitur: *Minister enim Dei est, vindex in iram ei qui male agit (Rom. XIII, 4)*. Cum ego potentie temporalis ministerium suscipitur, summa cura vigilandum est, ut sciat quisque et sumere ex illa quod adjuvat, et expugnare quod tentat (ibid.). Teneamus ergo exterius quod pro aliorum utilitate suscepimus, teneamus interius quod de nostra æstimatione sentimus. Sed tamen decenter quibusdam erumpentibus signis, tales nos apud nos esse ipsi etiam qui nobis commissi sunt non ignorent: ut et de auctoritate nostra quod formident videant, et de humilitate quod imitentur agnoscant. Servata autem auctoritate regiminis, ad cor nostrum sine cessatione redeamus, et consideremus assidue quod sumus æqualiter cum cæteris conditi, non quod temporaliter cæteris prælati. Potestas enim quanto exterius eminet, tanto premii interior debet, ne cogitationem vincat, ne in delectatione sui animum rapiat, ne jam sub se mens eam regere non possit, cui se libidine dominandi supponit. Bene David regni potentiam regere noverat, qui elationem ejusdem potentie semetipsum premendo vincebat, dicens: *Domine, non est exaltatum cor meum (Psal. CXXX, 1)*. Quique in ejus humilitatis augmento subjunxit: *neque elati sunt oculi mei,*

didit : *Neque ambulavi in magnis. Et ad-  
t ipsum subtilissima inquisitione discutiens  
que in mirabilibus super me.* Omnesque  
gitationes suas a fundo cordis exhauriens,  
t dicens : *Si non humiliter sentiebam, sed  
animam meam (ibid., 2).* Ecce humilita-  
m ab intimo cordis oblatam crebro replicat,  
atque iterum confitendo offerre non cessat,  
multipliciter loquens Judicis sui oculis

Quid est hoc? et quomodo istud sacrifi-  
o placere cognoverat, quod in conspectu  
ta iteratione vocis immolabat? nisi quod vi-  
e superbia potentibus solet, et pene semper  
fluentibus elatio sociatur, quia et sæpe hu-  
undantia duritiam dat tumoris. Mirum vero  
in cordibus sublimium regnat humilitas mo-  
ade pensandum est quia potentes quique,  
militer sapiunt, culmen extraneæ quas  
sitæ virtutis attingunt, et recte hac virtute  
m quantocius placant, quia illud ei sacrifi-  
stentes offerunt, quod potentes vix invenire  
. Subtilissima namque ars vivendi est, cul-  
iere, gloriam reprimere : esse quidem in po-  
sed potentem se esse nescire : ad largienda  
ntem se agnoscere, sed ad repetenda noxia  
quod potenter valet ignorare. Recte itaque  
us dicitur : *Deus potentes non abjicit, cum  
it potens (Job. xxxvi, 5).* Deum quippe imi-  
siderat, qui fastigium potentiæ, alienis inten-  
itatibus, et non suis laudibus elatus, admini-  
qui prælatus cæteris prodesse appetit, non  
s. Tumoris namque elatio, non ordo pote-  
in crimine est. Potentiam Deus tribuit, ela-  
vero potentiæ malitia nostræ mentis invenit.  
us ergo quod de nostro contulimus, et bona  
æ Deo largiente possidemus. »

P. IV. — *Quales sibi adhibere debeat rex  
consiliarios.*

es sibi adhibere debeat rex consiliarios, Am-  
s in libris Officiorum (*Lib. II, c. 17*) : « Talis,  
debet esse, qui consilium alteri dat, ut se-  
formam aliis præbeat ad exemplum bonorum  
a, in doctrina, in integritate, in gravitate, ut  
s sermo salubris atque irreprehensibilis, con-  
utile, vita honesta, sapientia decora (*ibid.*).  
gitur debet esse consiliarius, qui nihil nebu-  
habeat, nihil fallax, nihil fabulosum, nihil si-  
m quod vitam ejus ac mores refellat; nihil  
um ac malivolum quod avertat consulentes.  
nt enim quæ fugiuntur, alia quæ contemnuntur  
ugimus ea quæ possunt nocere, quæ mali-  
possunt in noxam serpere, ut si is qui  
litur dubia sit fide, et pecuniæ avidus, ut  
pretio mutari; si injuriosus, hic fugitur ac  
atur. Qui vero voluptarius, intemperans, etsi  
s a fraude, tamen avarus et cupidior lucri tur-  
c contemnitur. Quod enim specimen indu-  
quem fructum laboris edere potest, quam re-

cipere animo curam ac sollicitudinem, qui se torpo-  
ri dederit atque ignaviæ? (*Cap. 12.*) Advertimus igitur,  
quod in acquirendis consiliis plurimum adjungat  
vitæ probitas, virtutum prærogativa, benevolentiae  
usus, frugalitatis (*al.*, facilitatis) gratia. Quis enim  
in cæno fontem requirat? Quis de turbida aqua po-  
tum petat? Itaque ubi luxuria est, ubi intemperan-  
tia, ubi vitiorum confusio, quis inde sibi aliquid hau-  
riendum existimet? Quis non despiciat morum collu-  
vionem? Quis utilem causæ alienæ judicet, quem in-  
utilem suæ vitæ videt? Quis iterum improbum, mali-  
volum, contumeliosum non fugiat, et ad nocendum  
paratum? Quis non eum omni studio declinet? Quis  
vero quamvis instructum ad consilii opem, difficilem  
tamen accessu ambiat; in quo sit illud, tanquam si  
quis aquæ fontem præcludat? Quid enim prodest  
habere sapientiam, si consilium neget? Si con-  
sulendi intercludas copiam, clausisti fontem, ut nec  
aliis profuatur, nec tibi prosit. Pulchre autem et de  
illo convenit, qui habens prudentiam, commaculat  
eam vitiorum sordibus, eo quod aquæ exitum con-  
taminet. Degeneres animos vita arguit. Quomodo  
enim eum potes judicare consilio superiorem, quem  
videas inferiorem moribus? Supra me debet esse,  
cui me committere paro. An vero idoneum eum pu-  
tabo, qui mihi det consilium quod non det sibi, et  
mihi eum vacare credam, qui sibi non vacet? cujus  
animum voluptates occupent, libido devincat, avari-  
tia subjuget cupiditas perturbet, quatiat metus;  
Quomodo hic consilii lacus, ubi nullus quietis? Ad-  
mirandus mihi et suspiciendus consiliarus, quem  
C propitius Dominus patribus dedit, offensus abstulit.»  
(*Cap. 10.*) Prudentissimo cuique causam committimus  
nostram, et ab eo consilium promptius quam a cæ-  
teris poscimus. Præstat tamen fidele justis consilium,  
et sapientissimi ingenio frequenter præponderat :  
utiliora enim vulnera amici, quam aliorum oscula  
(*Prov. xxvii.*). Deinde quia justis iudicium est, sapien-  
tis autem argumentum, in illo censura disceptatio-  
nis, in hoc calliditas inventionis. Quod si utrumque  
connectas, erit magna consiliorum salubritas, quæ  
ab universis spectatur admiratione sapientiæ, et  
amore justitiæ : ut omnes quærant audire sapien-  
tiam ejus viri, in quo utriusque virtutis copula sit.  
(*Cap. 8.*) Ideo prudentia et justitia in unoquoque  
desideratur, et ea exspectatur a pluribus; ut in quo  
ea sint, illi deferatur fides, quod possit utile consi-  
D lium ac fideiæ desideranti dare. Quis enim ei se com-  
mittat, quem non putet plus sapere quam ipse sapiat  
qui quærit consilium? Necessè est igitur ut præstan-  
tior sit a quo consilium petatur, quam ille est qui  
petit. Quid enim consulas hominem, quem non ar-  
bitreris posse melius aliquid reperire quam ipse in-  
telligis? Quod si eum inveneris, qui vivacitate inge-  
nii, mentis vigore atque auctoritate præstet, et  
accedat eo, ut exemplo et usu paratior sit, præsen-  
tia solvat pericula, prospiciat futura, denuntiet  
imminentia, argumentum expediat, remedium ferat  
in tempore, peratus sit non solum ad consulendum,

sed etiam ad subveniendum; huic ita fides habetur, ut dicat qui consilium petit: *Etsi mala mihi evenerint per illum, sustineo* (Eccli. xxii, 31). Hujusmodi igitur viro salutem nostram et existimationem committimus, qui sit, ut supra diximus, justus et prudens. Facit enim justitia, ut nullus sit fraudis metus: facit etiam prudentia, ut nulla eorum suspicio sit. Promptius tamen nos justo viro quam prudenti committimus. (Lib. i, c. 30.) Pulchrum est igitur bene velle, et eo largiri consilio ut prosis, non ut noceas. Nam si luxurioso ad luxuriæ effusionem, adultero ad mercedem adulterii largiendum putes, non est beneficentia ista, ubi nulla est benevolentia. Officere enim istud est, non prodesse alteri. Si largiaris ei qui conspiret adversus patriam, qui congregare cupiat tuo sumptu perditos qui impugnent Ecclesiam, non est hæc probabilis liberalitas. Si adjuves eum qui adversus viduam et pupillos gravi decernit iurisdictione, aut vi aliqua possessiones eorum eripere conatur, non probatur largitas, si quod alteri largitur, alteri quis extorqueat, si injuste quærat, et juste dispensandum putet: nisi forte, ut ille Zachæus (Luc. xix), reddas prius ei quadruplum quem fraudaveris, et gentilitatis vitia fidei studio, et credentis operatione compenses. Fundamentum igitur habeat liberalitas tua. Hoc primum quæritur, ut cum fide conferas, fraudem non facias oblati. Similiter et in consiliis agere debet consiliarius, quia et in consilio maxima liberalitas.

CAP. V. — *Nihil felicius quam si regnent regnandi scientiam habentes.*

Nihil felicius esse rebus humanis quam regnare, miserante Deo, scientiam regnandi habentes, ex libro Augustini de Civitate Dei (lib. v, c. 24):

« Qui vera pietate præditi bene vivunt, si habeant scientiam regendi populos, nihil felicius rebus humanis, quam si Deo miserante habeant potestatem. Nos Christianos reges ideo felices dicimus, si juste regnant, si inter linguas sublimiter honorantium, et obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur, sed se homines esse meminerunt; si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum majestati ejus famulam faciunt; si Deum timent, diligunt, colunt, si plus amant illud regnum ubi non timent habere consortes; si tardius vindicant, facile ignoscunt; si eandem vindictam pro necessitate regendæ tuendæque reipublicæ, non pro saturandis inimicitiarum odiis exerunt; si eandem veniam, non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent; si, quod asperere coguntur plerumque decernere, misericordiæ lenitate et beneficiorum largitate compensant; si luxuria tanto eis est castigatior, quanto posset esse liberior; si malunt cupiditatibus pravis, quam quibuslibet gentibus imperare: et si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, sed propter charitatem felicitatis æternæ: si pro sui peccatis, humilitatis et miserationis et orationis sacrificium Deo suo vero immolare non negli-

gunt. Tales Christianos reges dicimus esse felices, interim spe, postea re ipsa potituros, cum id quod exspectamus advenerit. »

CAP. VI. — *Quod utile sit bonos reges diu et longe lateque regnare.*

Quod utile sit his qui regnant, et quibus regnant, si boni sint, diu longe lateque regnare, idem in eodem libro beatus Augustinus demonstrat, dicens (lib. iv, c. 2): « Si verus Deus colatur, eis que sacris, veracibus, et bonis moribus serviat, utile est ut boni longe lateque diu regnent; neque hoc tam ipsis quam illis utile est quibus regnant. Nam quantum ad ipsos pertinet, pietas et probitas eorum, que magna Dei dona sunt, sufficit eis ad veram felicitatem, qua et in ista vita bene agatur, et postea percipiatur æterna. In hac ergo terra regnum bonorum non tam illis præstat, quam rebus humanis: malorum vero regnum magis regnantibus nocet, qui suos animos vastant scelerum majore licentia; his autem, qui eis serviendo subduntur, non nocet nisi iniquitas propria. Nam quidquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non est pœna criminis, sed virtutis examen. Proinde bonus etiam si serviat, liber est: malus autem etiam si regnet, servus est; nec unius hominis, sed, quod est gravius, tot dominorum quot vitiorum. De quibus vitiiis cum ageret Scriptura divina: *A quo enim quis, inquit, devictus est, huic servus addictus est* (II Petr. ii, 19). Remota itaque justitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? »

CAP. VII. — *Belligerare et regnum dilatare soli bonos reges impellit necessitas.*

Bella gerere, et dilatare regnum, bonos sola necessitate vocari, ex libro Augustini de Civitate Dei (lib. iv, c. 15.) « Belligerare, et perdomitis gentibus dilatare regnum, malis videtur felicitas, bonis necessitas. Sed quia pejus esset, ut injuriosi justioribus dominarentur, ideo non incongrue dicitur etiam ista felicitas. Sed proculdubio felicitas major est, vicinum bonum habere concordem, quam vicinum malum subjugare bellantem. Mala vota sunt optare habere quem oderis, vel quem timeas, ut possit esse quem vincas. »

CAP. VIII. — *Regis studium in procinctu belli, et exhortatio ad milites.*

Formam regis, et exhortationem ejusdem erga milites, in procinctu belli, Dominus, inquit Augustinus, per Moysen in Deuteronomio designat, dicens: *Non declinet, inquit, ad dexteram, nec ad sinistram* (Deut. xvii, 20). Qui si bene direxerit vias suas, et studia sua coram eo qui est Rex regum, necessario pacatos regni sui fines possidebit. Unde et illic mox subditur: *Ut longe regnet tempore super Israel*. Porro, si præceptum custodierit, ut non declinet ad dexteram neque ad sinistram, fœdus securitatis et pacis de victoria lætus promerebitur. *Sæ exieris, inquit Dominus, ad bellum contra hostes tuos, et videris equitatum et currus, et majorem quam tu*

*adversarii exercitus multitudinem, non timebis* **A** *ia Dominus Deus tuus tecum est (Deut. xx, 1).* a necessitas faciat, ut, sopita discordia, pax re-  
iri possit. Hoc ergo studio regi prælium ge-  
m est. Rex, appropinquante prælio, exercitui  
rba Judæ ad meliorem deducere debet, quibus  
*non concupiscatis spolia, quia bellum contra nos*  
*Mac. XLIX, 17).* »

**X.** — *Non peccasse eos qui Deo auctore bella gesserunt.*

peccasse eos qui Deo auctore bella gesserunt,  
tinus in præfato libro (*lib. I, c. 21*) : « Quas-  
ceptiones eadem ipsa divina fecit auctoritas,  
at hominem occidi. Sed his exceptis, quos  
jubet, sive data lege, sive ad personam pro  
re expressa jussione : non autem ipse occidit **B**  
inisterium debet jubenti, sicut adminiculum  
s utenti : et ideo nequaquam contra hoc præ-  
a fecerunt, quo dictum est : *Non occides*  
*xx, 15*), qui Deo auctore bella gesserunt,  
sonam gerentes publicæ potestatis, secundum  
ges, hoc est justissimæ rationis imperium,  
itos morte punierunt. Et Abraham non solum  
t culpatus crudelitatis nomine, verum etiam  
as nomine pietatis, quod voluit filium nequa-  
scelerate, sed obedienter, occidere (*Gen. xxii*).  
erito quæritur utrum pro jussu Dei sit haben-  
uod Jephthæ filiam quæ patri occurrit occidit,  
læe vovisset immolaturum Deo quod ei re-  
de prælio victoria primitus occurrisset (*Judic,*  
Samson aliter excusatur, quod seipsum cum  
us ruina domus oppressit, nisi quia Spiritus **C**  
hoc jusserat, qui per illum miracula faciebat  
xvi). His igitur exceptis, quos vel lex justa  
liter, vel ipse fons justitiæ Deus specialiter  
jubet, quisquis hominem, vel seipsum, vel  
ibet occiderit, homicidii crimine tenetur. »

.. — *Quod qui bella tractant, et sub armis mi-  
litant, Deo non displicent.*

d qui bella tractant, et sub armis militant,  
n displiceant, item Augustinus ad Bonifacium  
205) : « Noli existimare neminem Deo placere  
qui in armis bellicis militat. In his erat san-  
avid, cui Dominus tam magnum perhibuit  
oniam. In his etiam plurimi illius temporis  
In his erat et ille centurio, qui Domino dixit : **D**  
*non dignus ut intres sub tectum meum, sed tan-*  
*c verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego*  
*um sub potestate constitutus, habens sub me*  
*, et dico huic : Vade, et vadit; et alii : Veni,*  
*t; et servo meo : Fac hoc, et facit.* De quo et  
ius : *Amen dico vobis, non inveni tantum fidem*  
*vel (Matth. viii, 8-10).* In his erat et ille Cor-  
ad quem missus angelus dixit : *Corneli ac-*  
*sunt elemosynæ tuæ, et exauditæ sunt oratio-*  
*x (Act. x, 5).* Ubi eum admonuit, ut ad Bea-  
etrum apostolum mitteret, et ab illo audiret  
scere deberet : ad quem apostolum, ut ad

cum veniret, etiam religiosum militem misit. In his  
erant et illi, qui baptizandi cum venissent ad Joan-  
nem sanctum Domini præcursorem, et unicuique  
sponsi, de quo ipse Dominus ait : *In natis mulierum*  
*non surrexit major Joanne Baptista (Matth. xi, 11),*  
et quæsisset ab eo quid facerent ait eis : *Neminem*  
*concusseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat vobis*  
*stipendium vestrum (Luc. iii, 14) :* non eos utique  
sub armis militare prohibuit, quibus suum stipen-  
dium sufficere debere præcepit. Alii ergo pro vobis  
orando pugnant contra invisibiles inimicos vos pro  
eis pugnando laboratis contra visibiles barbaros.  
Utinam una fides esset in omnibus, quia et minus  
laboraretur, et facilius diabolus cum suis angelis  
vinceretur. Hoc ergo primum cogita, quando ar-  
maris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa corpo-  
ralis donum Dei est. Sic enim cogitabis de dono Dei  
non facere contra Deum. Fides enim quando pro-  
mittitur, etiam hosti servanda est contra quem bel-  
lum geritur, quanto magis amico pro quo pugnatur?  
Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, ut  
liberet Deus a necessitate, et conservet in pace. Non  
enim pax quæritur ut bellum excitetur, sed bellum  
geritur ut pax acquiratur. Esto etiam bellando  
pacificus ut eos quos expugnas ad pacis utilitatem  
vincendo perducas, *Beati enim pacifici, ait Dominus,*  
*quoniam filii Dei vocabuntur (Matth. v, 9).* Si autem  
pax humana tam dulcis est pro temporali salute  
mortalium, quanto est dulcior pax divina pro externa  
salute angelorum? Itaque hostem pugnans neces-  
sitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti et re-  
sistenti violentia redditur, ita victo vel capto mise-  
ricordia jam debetur, maxime in quo pacis pertur-  
batio non timetur. » Et Hieronymus : « Legimus in  
libro Paralipomenon filios Israel ad pugnam isse  
mente pacifica, quia non pro vincendi libidine sed  
pro acquirenda pace pugnabant. »

**CAP. XI.** — *Militem potestatis obedientem non peccare  
si hominem occidat.*

Militem potestati sub qua est obedientem non pec-  
care si hominem occidat. Augustinus in libro de  
Civitate Dei (*lib. I, c. 26*) : « Miles, cum obediens  
potestati, sub qua legitime constitutus est, hominem  
occidit, nulla civitatis suæ lege reus est homicidii :  
imo nisi fecerit, reus est imperii deserti atque con-  
tempti. Quod si sua sponte atque auctoritate fecis-  
set, in crimen effusi humani sanguinis incidisset.  
Itaque unde punitur si fecisset injussus, inde punie-  
tur nisi fecerit jussus. Quod si ita est jubente rege,  
quanto magis jubente Creatore? Qui ergo audit non  
licere se occidere, faciat si jussit cujus non licet  
jussa contemnere. Tantummodo videat utrum di-  
vina jussio nullo nutet incerto. Nos per aurem con-  
scientiam convenimus, occultorum nobis iudicium  
non usurpamus, nemo scit quid agatur in homine,  
nisi spiritus hominis qui in ipso est (*I Cor. II*). »

**CAP. XII.** — *Victoriam in bello per Omnipotentem  
dari cui voluerit.*

Victoriam in bello ab Omnipotente per angelum

suum cui voluerit et cui jusserit dari, Augustinus in libro de Civitate Dei demonstrat, dicens (*lib. iv, c. 17*): «Victoriam Omnipotens mittit, atque illa tanquam regi deorum obtemperans ad quos jusserit venit, et in eorum parte considit. Hoc vero de illo vero rege sæculorum dicitur, quod mittat non victoriam, quæ nulla substantia est, sed angelum suum, et facit vincere quem voluerit. Cujus consilium occultum esse potest, iniquum non potest.»

**CAP. XIII. — Deum quando pugnatur astare, et justæ parti victoriam præparare.**

Quando pugnatur, Deum apertis cælis astare, et justæ parti victoriam præstare, nihilque de propriis viribus præsumendum, Augustinus in epistola ad Bonifacium demonstrat, dicens (*epist. 205*): «Utile tibi tuisque dabo consilium. Arripe manibus arma, oratio aures pulset auctoris, quia, quando pugnatur, Deus apertis cælis spectat, et partem quam inspicit, justam, ibi dat palmam. Nihil de viribus propriis præsumas, de auctore gloriare virtutum, et nullum curabis penitus inimicum.»

**CAP. XIV. — Quod non pro paucitate diffidendum, si Dominus cum bellatoribus fuerit.**

Quod non in multitudine fidendum, nec pro paucitate diffidendum in bello sit, si Dominus cum bellatoribus fuerit, et famosissimum bellum per Gedeonem Domino disponente actum, et libri Machabæorum, et historia Orosii demonstrat, in qua scriptum est (*lib. xi, c. 9*). «Xerxes rex Persarum septingenta millia armatorum de regno, et trecenta de auxiliis rostratas etiam naves mille ducentas, onerarias autem tria millia numero habuisse narratur. ut merito inopinato exercitui immensæque classi, vix ad potum flumina, vix terras ad ingressum, vix maria ad cursum suffecisse memoratum sit. Huic tam incredibili temporibus nostris agmini, cujus numerum nunc difficilius est astrui, quam tunc fuit vinci, Leonida rex Spartanorum cum quatuor milibus hominum in angustiis Thermopylarum obstitit. Xerxes autem, contemptu paucitatis objectæ, iniri pugnam, conseri manum. imperat, ac per triduum continuum non duorum pugna, sed cædes unius populi fuit. Quarto autem die cum videret Leonida undique hostem circumfundi, hortatur auxiliares socios, ut subtrahentes se pugnae in cacumen montis evadant, ac se ad meliora tempora reservent: sibi vero cum Spartanis suis aliam sortem esse subeundam, plus se patriæ debere quam vitæ. Dimissis sociis Spartanos admonet de gloria plurimum, de vita nihil sperandum: neque expectandum vel hostem, vel diem, sed occasione noctis perrumpenda castra, commiscenda arma, conturbanda agmina fore. Nusquam victores honestius quam in castris hostium esse perituros. Persuasi igitur mori malle, in ultionem futuræ mortis armantur, tanquam ipsi interitum suum et exigent et vindicarent. Mirum dictu, sexcenti viri castra sexcentorum millium irrumpunt. Tumultus totis castris oritur. Persæ quo-

que ipsi Spartanos mutuis suis cædibus, adjuvant. Spartani quærentes regem, nec inventes, cædunt sternuntque omnia, castra pervagantur universa, et inter densas strues corporum raros homines vix sequuntur, victores sine dubio nisi mori elegisset.

**CAP. XV. — Quod pro iis qui in bello ceciderunt oblationes offerri debeant.**

Quod pro his qui in bello fideliter bellantes ceciderunt, oblationes eleemosynarum, orationum, et sacræ hostiæ fiducialiter offerri debeant, Scriptura demonstrat dicens: *Vir fortissimus Juda, collectione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerre ea ibi pro peccatis mortuorum, iuste et religiose cogitans de resurrectione (II Marc. xii, 43)*, ut multi dicerent vanum et superfluum esse offerre pro mortuis. *Consideravit enim quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio offerre sacrificium pro defunctis, ut a peccatis solvantur (ibid., 45, 46).*

**CAP. XVI. — Quod reges regum Domino serviant, etiam leges dando pro ipso.**

Quod non solum in his, quæ præmisimus, regi Regi regum serviant Domino, sed et leges dando pro ipso, Augustinus in epistola ad Bonifacium demonstrat dicens (*epist. 50*): «Serviant, inquit, regi terræ Christo, etiam leges ferendo pro Christo. Quomodo ergo reges Domino serviunt in timore, nisi ea quæ contra Domini jussa fiunt, religiosa servitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit quia homo est, aliter quia etiam rex est. Qui homo est, ei servit vivendo fideliter: quia vero etiam rex est, servit leges iuste præcipientes et contrariè prohibentes convenienti vigore sanciendo. Sicut servivit Ezechias, lucos et templa idolorum, et illa excelsa, quæ contra Dei præcepta fuerunt constructa, destruendo (*IV Reg. xxiii*). Sicut servivit Josias, talia et ipse faciendo (*IV Reg. xxv*). Sicut servivit rex Ninivitarum, universam civitatem ad placandum Dominum compellendo (*Jon. iii*). Sicut servivit Darius, idolum frangendum in potestatem Danieli dando, et inimicos ejus leonibus ingerendo (*Dan. xiv*). Sicut servivit Nabuchodonosor, omnes in regno suo positos a blasphemando Deum lege terribili prohibendo (*Dan. iii*). In hoc itaque serviunt Domino reges, in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad servandum illi, quæ non possunt facere nisi reges.»

**CAP. XVII. — Quod ad justitiæ observationem etiam compellendum sit.**

Quod ad justitiæ observationem etiam compellendum sit, Augustinus ad Vincentium demonstrat dicens (*epist. 48*): «Putas, inquit, neminem debere cogi ad justitiam, cum legas patrem familias dixisse servis: *Quoscumque inveneritis cogite intrare? (Luc. xiv, 23)* cum legas etiam ipsum primo Saulum, postea Paulum, ad cognoscendam et tenendam veritatem magna violentia Christi cogentis esse compul-

sum? (*Act. ix.*) Et putas nullam vim adhibendam esse homini, ut ab erroris pernicie liberetur, cum ipsum Dominum, quo nemo nos utilius diligit, certissimis exemplis hoc facere videas, et Christum audias dicentem: *Nemo venit ad me, nisi quem Pater attraxerit? (Joan. vi, 44).* Quod fit in cordibus omnium qui se ad Deum divinæ iracundiæ timore convertunt. Quidquid vero facit vera et legitima mater Ecclesia, etiamsi asperum amarumque sentiatur, non malum pro malo reddit, sed bonum disciplinæ expellendo malum iniquitatis apponit (*ibid.*) Vides igitur non esse considerandum quod quisque cogitur, sed quale sit illud quo cogitur, utrum bonum an malum: non quo quisque bonus esse possit invitus; sed timendo quod non vult pati, vel relinquit impediens animositatem, vel ignoratam compellitur agnoscere veritatem, ut timens vel respuat falsum de quo contendebat, vel quærat verum quod nesciebat, et volens jam teneat quod nolebat. Non enim bonum hominis est hominem vincere, sed bonum est homini ut eum veritas vincat volentem, quia malum est homini ut eum veritas vincat invitum. Nam ipsa vincat necesse est, sive negantem, sive confitentem. » De hac salubri coactione et beatus Gregorius in homilia trigesima sexta more suo dulcissime et abundantissime dicit. Quæ quia notissima et usu lectionis trita sunt, et ne prolixior foret sententia, hic prætermittere censui.

CAP. XVIII. — *Quod Christo serviat qui improbos corripit amore justitiæ.*

Quia etiam disciplinam exercendo in improbos et perversos, non odii sui rancore, vel vindictæ suæ livore, sed amore justitiæ et divinæ vindictæ Christo serviat, idem beatus Augustinus demonstrat dicens (*epist. 48, ad Vinc.*): « Quando veritas prædicatur errantibus, cordatis utilis admonitio est, insensatis inutilis afflictio. *Non est autem potestas nisi a Deo. Qui autem resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Principes enim non sunt timori bono operi, sed malo. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, et habebis laudem ex illa (Rom. xiii, 1-3).* Sive enim potestas veritati favens aliquem corrigat, laudem habet ex illa qui fuerit emendatus: sive inimica veritati in aliquem sæviat, laudem habet ex illa qui victor fuerit coronatus. (*Lib. ix de Civit. Dei, c. 5*). In disciplina nostra non tam quæritur utrum pius animus irascatur, sed quare irascatur; nec utrum sit tristis, sed unde sit tristis; nec utrum timeat, sed quid timeat. Irasci enim peccanti ut corrigatur, contristari pro afflicto ut liberetur, timore periclitanti ne pereat, nescio utrum quisquam sana consideratione reprehendat. Nam et misericordiam Stoicorum est solere culpæ, sed quanto honestius ille Stoicus misericordia perturbaretur hominis liberandi quam timere naufragii! » Longe melius et humanius, et piorum sensibus accomodatius Cicero in Cæsaris laude locutus est, ubi ait (*Orat. pro Q. Lig., c. 12*): « *De virtutibus tuis nec admirabilior, nec gratior misericor-*

*dia est.* Quid est autem misericordia, nisi alienæ miseriæ quædam in nostro corde compassio, quia ulique si possumus subvenire compellimur? Servit autem motus iste rationi, quando ita præbetur misericordia ut justitia conservetur, sive cum indigenti tribuitur, sive cum cognoscitur pœnitenti. »

CAP. XIX. — *De discretione in habenda misericordia.*

Item de discretione in habenda misericordia, Ambrosius in expositione psalmi centesimi decimi octavi: « Est justa misericordia, et est etiam injusta misericordia. Denique, in lege scriptum est de quodam: *Non misereberis illius (Deut. xix, 13)*; et in libris Regnorum legis quia Saul propheta contraxit offensam, quia miseratus est Agag hostium regem, quem prohibuerat sententia divina servari (*I Reg. xix*). Ut si quis latronis filiis deprecantibus motus, et lacrymis conjugis ejus inflexus, absolvendum putet, cui adhuc latrocinandi aspiret affectus, nonne innocentes tradet exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem? Certe si gladium reprimit, vincla dissolvit, cur laxat exsilium? cur latrocinandi qua potest clementiore via non eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit? Deinde inter duos, hoc est accusatorem et reum, pari periculo de capite decernentes, alterum si non probasset, alterum si non esset ab accusatore convictus, non id quod justitiæ est judex sequatur, sed dum miseretur rei, damnet probantem, aut dum accusatori favet qui probare non possit, addicat innoxium. Non potest igitur hæc dici justa misericordia. In ipsa Ecclesia, ubi maxime misereri decet, teneri quam maxime debet forma justitiæ, ne quis a consortio communionis abstentus, brevi lacrymula, atque ad tempus parata, vel etiam uberioribus fletibus, communionem, quam plurimis debet postulare temporibus, facilitati sacerdotis extorqueat. Nonne cum uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium provocari? Facilitas enim veniæ incentivum tribuit delinquendi. Hoc eo dictum est, ut sciamus secundum verbum Dei, secundum rationem dispensandam esse misericordiam debitoribus. Medicus ipse, si serpentis interiorius inveniat vulneris cicatricem, cum debeat resicare ulceris vitium ne latius serpat, tamen a secundi urendique proposito lacrymis inflexus ægroti, medicamentis tegat quod ferro aperiendum fuit, nonne ista inutilis misericordia est, si propter brevem incisionis vel exustionis dolorem, corpus omne tabescat, vitæ usus intreat? Recte igitur et sacerdos vulnus, ne latius serpat, a toto corpore Ecclesiæ quæ ei bonus medicus debet abscidere, et prodere virus criminis quod lateat, non fovere, ne dum unum excludendum non putat, plures dignos faciat quos excludat ab Ecclesia. Jure ergo Apostolus divino nos hortatur exemplo, dicens: *Vide ergo bonitatem et severitatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt severitatem; in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate (Rom. xi, 22).* »

CAP. XX. — Cui licite ignoscere liceat principi vel judici.

Cui ergo licite, ignoscere liceat principi vel judici, sub justo et misericordi iudice, qui convertenti et pœnitenti ignoscit, beatus Gregorius in homilia Evangelii demonstrat (*hom.* 32): « Ecce, inquit, qui superbus fuit, si conversus ad Christum humilis factus est, semetipsum reliquit. Si luxuriosus quisque ad continentiam vitam mutavit, abnegavit utique quod fuit. Si avarus quisque ambire jam desiit, et largiri didicit propria qui prius aliena rapiebat, procul dubio semetipsum reliquit. Ipse quidem est per naturam, sed non est ipse per malitiam. Hinc enim scriptum: *Verte impios, et non erunt* (*Prov.* xii, 7). Converti namque impii non erunt, non quia non erunt omnino in essentia, sed scilicet non erunt omnino in impietatis culpa. Tunc ergo nosmetipsos relinquant, tunc nosmetipsos abnegamus, cum vitam quod per vetustatem fuimus, et ad hoc nitimur quod per novitatem vocamur. Pensemus quomodo se Paulus abnegaverat, qui dicebat: *Vivo autem, jam non ego* (*Gal.* ii, 20): Exstinctus quippe fuerat sævus ille persecutor, et vivere cœperat prædicator pius. Si enim ipse esset, prius profecto non esset. Sed qui se vivere denegat, dicat unde est, quod sancta verba per doctrinam veritatis clamanti; protinus subdit: *Vivit vero in me Christus*. Ac si aperte dicat: Ego quidem a meipso exstinctus, quia carnaliter non sum, quia in Christo spiritaliter vivo. Dicat ergo Veritas, dicat: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum* (*Matth.* xvi, 24); quia nisi quis a semetipso desiciat, ad eum qui super ipsum est non appropinquat: nec valet apprehendere quod ultra ipsum est, si nescierit mactare quod est. » Sed forte quis dicat: Quomodo sciam si se quis cui pepercero correxit, et in correctione permanserit? Redeat hæc inquit ad sententiam Domini, ut si evangelico et secundo ac tertio correptus non se correxerit, qui ab illo sicut ethnicus et publicanus haberi præcipitur, legis severitatem a principe necesse est sustinere cogatur, ne qui sibi consulere noluit, in pace vivere volentibus nocere possit. At si quis huic capitulo objicere voluerit, quod Dominus peccanti in nobis non solum septies, sed et septuagies septies dimitti præceperit, sciat hoc de nostris, non de divinis præceptum esse injuriis: quia ut Prosper de verbis beati Augustini in libro Sententiarum dicit (*sent.* 210): Peccata, sive parva, sive magna, impunita esse non possunt, quia aut homine pœnitente, aut Deo judicante plectuntur. Cessat autem vindicta divina, si conversio præcurrat humana. Aut enim Deus contentibus parcere, et eos qui semetipsos judicant non judicare. »

CAP. XXI. — Timeat princeps ne scelerati cujusquam muneribus vel adulationibus decipiatur.

Timeatque princeps quod in Regum historia legitur, ne muneribus vel blanditiis cujusquam scelerati pelliciat, vel adulationibus decipiatur: *Benadab*, inquit, *fugiens ingressus est civitatem in*

*cubiculo quod erat intra cubiculum. Dixeruntque ei servi sui: Ecce audivimus quod reges domus Israel clementes sint: ponamus itaque saccos in lumbis nostris, et funiculos in capitibus nostris, et egrediamur ad regem Israel; forsitan salvabit animas nostras. Accinxerunt saccis lumbos suos, et posuerunt funiculos in capitibus suis, veneruntque ad regem Israel, scilicet Achab, et dixerunt: Servus tuus Benadab dicit: Vivat, oro te, anima mea. Et ille ait: Si adhuc vivit, frater meus est. Quod acceperunt viri pro omine, et festinantes rapuerunt verbum ex ore ejus, atque dixerunt: Frater tuus Benadab. Et dixit eis: Ite, adducite eum. Egressus est ergo ad eum Benadab, et levavit eum in currum suum. Qui dixit ei: Civitates, quas tulit pater meus a patre tuo, reddam; et plateas suc tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria, et ego fœderatus recedam a te. Pepigit ergo fœdus, et dimisit eum. Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone Domini: Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait: Quia noluisti audire vocem Domini, ecce recedes a me, et percutiet te leo. Cumque paululum recessisset ab eo, invenit eum leo, atque percussit. Sed et alterum inveniens virum, dixit ad eum: Percute me. Qui percussit eum, et vulneravit. Abiit ergo propheta, et occurrit regi in via, et mutavit aspersione pulveris os et oculos suos. Cumque transiret, clamavit ad regem, et ait: Servus tuus egressus est ad præliandum cominus; cumque fugisset vir unus, adduxit eum quidam ad me, et ait: Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ejus, aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbatus huc illucque me verterem, subito non comparuit. Et ait rex Israel ad eum: Hoc est iudicium tuum, quod ipse decrevisti. At ille statim absternit pulverem de facie sua, et cognovit eum rex Israel, quod esset de prophetis. Qui ait ad eum: Hæc dicit Dominus, quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, et populus tuus pro populo ejus (*III Reg.* xx, 30-42).*

CAP. XXII. — Cavendam principibus, ne sceleratorum amicitiiis jungantur.

Sed et cavendum est principibus, ne etiam hujusmodi sceleratorum amicitiiis jungantur, vel hujusmodi in familiaritatem suscipiant. « Malorum, inquit beatus Gregorius (*Pastoral.*, part. iii, cap. 23), cum incaute amicitiiis jungimur, culpis ligamur. Unde Josaphat, qui tot de anteacta vita præconiis attollitur, de Achab regis amicitiiis pene periturus inorepatur. Cui a Domino per prophetam dicitur *Impio præbes auxilium, et his qui oderunt Dominum amicitia jungeris, et idcirco iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inventa sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Juda* (*II Par.* xix, 2, 3). Ab illo enim qui summe rectus est, eo ipso jam discrepat, quo perversorum amicitiiis vita nostra concordat. » Hinc David, dum totum se ad fœdera pacis internæ constringeret, testatur quod cum malis



rdiam non timeret, dicens : *Nonne qui te ode- Deus, oderam illos, et super inimicos tuos tabe- n? Perfecto odio oderam illos, inimici facti mihi (Psal. cxxxviii, 21, 22).* Inimicos etiam erfecto odio odisse est, ad quod facti sunt di- , et quod faciunt increpare, mores pravorum are, vitæ prodesse.

XXIII. — *Quod sancti viri ad incutiendum me- tum reos morte jure puniverint.*

a enim sancti viri, non solum talium amicitias runt, sed ad incutiendum viventibus metum, jure reos morte punierunt, sicut beatus Augustinus libro de Sermone Domini in monte demon- dicens (*lib. 1, cap. 20*) : « Magni et sancti viri, a optime scirent mortem istam, quæ animam vitæ corpore, non esse formidandam, secundum tamen animarum qui illam timerent, nonnulla ta morte punierunt, quo et viventibus utilis me- cuteretur, et illis qui morte puniebantur, non mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset rent. Non temere illi judicabant, quibus tale um donaverat Deus. Inde est quod Elias multos affecit, et propria manu (*III Reg. xviii*), et divinitus impetrato (*IV Reg. 1*), cum et alii , et divini magni viri eodem spiritu tranquil- rebus humanis non temere fecerint. De quo um exemplum dedissent discipuli Domino, emorantes quod ab eo factum sit, ut etiam laret potestatem petendi de cælo ignem, ad mendos eos qui sibi hospitium non præberent, endit in eis Dominus, non exemplum pro- sancti, sed ignorantiam vindicandi, quæ erat in rudibus, animadvertens eos non correptionem, sed odio desiderare vindi- (*Luc. ix*). Itaque posteaquam eos docuit quid diligere proximum tanquam seipsum, infuso Spiritu sancto, quem decem diebus completis scensionem suam desuper ut promiserat misit r), non defuerunt tales vindictæ, quamvis rarius quam in Veteri Testamento. Ibi enim jore parte servientes timore premebantur : hic . maxima dilectione liberi nutriebantur. Nam nis apostoli Petri, Ananias et uxor ejus, sicut ibus apostolorum legimus, exanimis cecide- nec resuscitati sunt, sed sepulti (*Act. v*). Et : libro hæretici, qui adversantur et Veteri Te- nto, nolunt credere, Paulum apostolum quem :am legunt intueantur, dicentem de quodam :ore : *Quem tradidi Satanæ in interitum carnis, ima salva sit (I Cor. v, 5).* Et si nolunt hic m intelligere (fortasse enim incertum est), libet vindictam per Satanam factam ab Apostolo itur : quod non eam odio sed amore fecisse, estat illud adjectum, *ut anima salva sit.* Aut in ibris, quibus ipsi magnam tribuunt auctorita- animadvertant quod dicimus, ubi scriptum est, olum Thomam imprecatum cuidam, a quo a percussus esset, atrocissimæ mortis suppli-

A cium, animam ejus tamen commendavit, ut in futuro ei sæculo parceretur : cujus a leone occisi a cætero corpore discerptam manum canis intulit mensis, in quibus convivabatur apostolus. Cui scripturæ licet nobis non credere : non enim est in catholico ca- none : illi tamen eam et legunt, et tanquam incorruptissimam verissimamque honorant, qui adversus corporales vindictas quæ sunt in Veteri Testamento, nescio qua cæcitate acerrime sæviunt, quo animo et qua distributione temporum factæ sunt omnino ne- scientes. Tenebitur ergo in hoc injuriarum genere, quod per vindictam luitur, iste a Christianis modus, ut accepta injuria non surgat in odium, sed infirmitatis misericordia paratus sit animus plura per- peti, nec correptionem negligat, qua vel consilio, vel auctoritate, vel potestate uti potest. »

B CAP. XXIV. — *Quod occidere hominem non semper criminosum sit.*

Quod occidere hominem non semper criminosum sit, sed malitia non legibus occidere criminosum sit, quia non factum in talibus, quoniam interdum et recte fit, sed animus male consulens damnetur, Augustinus in libro de Civitate Dei demonstrat, di- cens : « Si quis bonum putaverit esse quod malum est, et lecerit hoc putando, utique peccat, et ea sunt omnia peccata ignorantia, quando quisque bene fieri putat quod male fit. De occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet con- silium, nisi forte sit miles, aut publica functione tencatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, vel pro civitate, ubi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si ejus congruit personæ. Qui vero repel- luntur a quo terrore ne male faciant, etiam ipsis aliquid fortasse præstatur. Hinc autem dictum est, *Non resistamus malo (Matth. v, 39)*, ne vos vindicta delectet, quæ alieno malo animum pascit, non ut correctionem hominum negligamus. »

C CAP. XXV. — *Regem iniquorum correctorem esse oportere.*

D Hinc sanctus Cyprianus in nono Abusionis gradu dicit (*cap. 9*) : « Regem correctorem iniquorum esse oportet : debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, parricidas et perjurantes vivere non sinere. » Et item idem (*cap. 11*) : « Unde- cimus gradus abusionis est plebs sine disciplina, quæ dum disciplinæ exercitationibus non servit, Deum absque disciplinæ rigore non evadit. Sicut enim tunica totum corpus tegitur præter caput, ita disci- plina omnis Ecclesia, præter Christum, quia Ecclesia et sub disciplina ejus proteritur et ornatur. Ipsa vero tunica contexta desuper fuerat per totum, quia eidem Ecclesiæ disciplina a Domino de cælo tribuitur et integratur. Tunica enim corporis Christi disciplina Ecclesiæ est. Qui autem extra disciplinam est, alienus a corpore Christi est. Non scindamus igitur illam, sed sortiamur de illa. Non solvamus quidquam de mandatis Christi, sed unusquisque in quo vocatus est, in eo permaneat apud Deum. »

XXVI. — *Quod propter vindictam noxiorum gladius a principi a Deo permissus est.*

Et hinc sanctus Innocentius ad Exsuperium Tolosanum episcopum in Decretis suis : « Quæsitum est, inquit, super his qui post baptismum administraverunt, et aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulere sententiam. De his nihil legimus a majoribus definitum. Meminerant enim a Deo potestates has fuisse concessas, et propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et Dei ministrum esse datum in hujusmodi vindicem. Quomodo igitur reprehenderent factum quod auctore Domino viderent esse concessum? De his ergo ita ut hactenus servatum est sic habemus, ne aut disciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda gesta sua omnia servabuntur. »

CAP. XXVII. — *Quod leges a principe justo sunt in quolibet vindicandæ.*

Item idem sanctus Innocentius in Decretis suis ad eundem (epist. 14) : « Illud, inquit, sciscitari voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur, utique post baptismi regenerationem, a principibus poscere mortem alicujus, vel sanguinem de reatu : quam rem principes nunquam sine conditione concedunt, sed ad iudices commissa ipsa vel crimina semper remittunt, ut, ea causa cognita, vindicentur quæcunque quæsitore fuerint delegata : aut absolutio, aut damnatio pro negotii qualitate profertur, et dum legum in impios exercetur auctoritas, erit dictator immunis. » Et hinc sanctus Cyprianus (lib. de Abus. sæc., c. 12) : « Duodecimus, inquit, abusionis gradus est populus sine lege, qui dum edicta et legum scita contemnit, per diversas errorum vias eundo perditionis laqueum incurrit. Utique multæ perditionis viæ tunc inceduntur, cum una regalis via, lex Dei videlicet, quæ neque ad dexteram neque ad sinistram declinat, per negligentiam deseritur. Igitur populus sine lege, populus sine Christo est. Non siamus ergo sine Christo in hoc tempore transitorio, ne sine nobis Christus esse incipiat in futuro. » Et Christus Dei virtus et Dei sapientia dicit : *Per me reges regnant, et conditores legum justa decernunt* (Prov. viii, 15). Et sanctus Augustinus in libro de vera Religione leges principum servandas ostendit (cap. 30) : « In istis, inquit, temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent cum eas instituunt, tamen cum fuerint institutæ atque firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ip-sas. » Igitur aut a populo promulgatæ justæ leges servandæ, aut a principe juste ac rationabiliter sunt in quolibet vindicandæ.

CAP. XXVIII. *Quod his qui pro suis criminibus puniendi sunt misericordia interdum indulgenda.*

Quod etiam his qui pro suis sceleribus puniendi sunt, si in tempore necessitatis, et periculi urgentis instantia, vel in ultimo spiritu, præsidium pœnitentiæ, et mox reconciliationis petierint, nec satisfactio

interdicenda sit, nec reconciliatio deneganda, et sacri canones, et decreta scdis apostolicæ, auctoritate sacra, evangelica, et apostolica, et prophetica patenter ostendunt, quia misericordiæ Dei nec modum possumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera confessio, dicente Dei Spiritu per prophetam : Mox ut ingemueris, salvus eris. Et item : Dic prior iniquitates tuas, ut iustificeris, quia apud Dominum est misericordia, et copiosa apud eum redemptio (Psal. cxxix, 7).

CAP. XXIX. — *Quod rex propinquis suis perverse agentibus affectu carnali parcere non debeat.*

Quod rex propter ministerium regium, etiam nec quibuscunque propinquitatis necessitudinibus, contra Deum, sanctamque Ecclesiam, atque rem publicam perverse agentibus, affectu carnali parcere debeat, ex verbis Domini dicentis : *Qui non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus* (Luc. xiv, 26), in homilia Evangelii beatus Gregorius demonstrat dicens (hom. 36) : « Si vim præcepti perpendimus, utrumque agere per discretionem valemus, ut eos qui nobis carnis cognatione conjuncti sunt, et quos proximos noverimus, et quos adversarios in via Dei patimur, odiendo et fugiendo nesciamus. Quasi enim per odium diligitur, qui carnaliter sapiens dum prava nobis ingerit, non auditur. Ut autem Dominus demonstraret hoc erga proximos odium non de inaffectione procedere, sed de charitate, addidit protinus dicens, *adhuc autem animam suam*. Odisse itaque præcipimur proximos, odisse et animam nostram. Constat ergo quia amando debet odisse proximum, qui sic eum odit sicut semetipsum. Tunc etenim bene nostram animam odimus, cum ejus carnalibus desideriis non acquiescimus, cum ejus appetitum frangimus, ejus voluptatibus reluctamur. Quæ ergo contempta ad melius ducitur, quasi per odium amatur. Sic sic nimirum exhibere proximis nostris odii discretionem debemus, ut in eis et diligamus quod sunt, et habeamus odio quod in Dei nobis itinere obsistunt (ibid.). Ab hac ergo discretionem odii nostri, trahamus formam ad odium proximi. Ametur quilibet in hoc mundo adversarius, sed in via Dei contrarius non ametur, etiam propinquus. Quisquis enim jam æterna concupiscit, in ea quam aggreditur causa Dei, extra patrem, extra matrem, extra uxorem, extra filios, extra cognatos, extra semetipsum fieri debet, ut eo verius cognoscat Deum, quo in ejus causa neminem recognoscit. Multum namque est, quod carnales affectus intentionem mentis diverberant, ejusque aciem obscurant. Quos tamen nequaquam noxios patimur, si eos premendo teneamus. Amandi ergo sunt proximi, impendenda charitas omnibus, et propinquis, et extraneis, nec tamen pro eadem charitate a Dei amore flectendum (ibid.). Sic nimirum fideles quique esse intra sanctam Ecclesiam debent, ut compatiantur proximis

arritatem, et tamen de via Dei non exorbitent in passionem.» Hinc sanctus Joannes Chryso-  
 stomus (hom. 17) de verbis Evangelii secundum  
 mattheum : *Si oculus tuus dexter scandalizat te,  
 erue eum et projice abs te* (Matth. v, 29) : « Quod si  
 in membris ista loqueretur, nequaquam de uno, vel  
 de utroque id oculo, sed indifferenter de utroque di-  
 citur. Qui enim dextro scandalizatur oculo, haud  
 dubie quin id ipsum patiat etiam de sinistro.  
 Igitur ob causam et oculum dextræ partis?  
 Igitur dicet disceres, non de membris esse sermonem,  
 sed de his potius qui nobis familiaritate junguntur.  
 Igitur tantum aliquem diligas, ut eo oculi utaris,  
 aut ita tibi quempiam esse utilem putes, ut  
 dextræ manus ducas loco, et hi tamen animæ  
 tassis incommodant, etiam istos, inquit, a te  
 erue : et diligentius vim ipsam sermonis examina.  
 Quia enim dixit, a talium societate discede, sed ma-  
 gis separationem indicans : *Erue*, inquit, *ac pro-*  
*inde* quia satis severa præceperat, lucrum ex  
 parte ipsius severitatis ostendit, translationem  
 in bonorum quam in malorum etiam parte  
 loquitur. *Expedi enim tibi*, inquit, *ut pereat unum*  
*membrum tuorum, quam totum corpus tuum mitta-*  
*re in gehennam* (Matth. v, 29). Cur enim Paulus  
 anathema fieri? (Rom. ix). Non utique ut  
 idem lucrum caperet, sed ut alios acquireret in  
 christum. Hic vero, id ipsum enim, etiam de causa  
 fratris intellige. Utrique noxius est, et idem  
 non ait, erue tantummodo, sed et *projice*, in-  
 quit, *abs te*, ut eum nunquam recipias ulterius, si  
 fuerat perseverat. Hoc enim modo et illum  
 crimine liberabis, et te a perditione salvabis  
 manifestius commodum istius legis aspici-  
 placet etiam in corpore juxta causam id  
 dictum est requiramus. Si enim daretur ele-  
 umque esset necessarium de duobus, videli-  
 cum ambobus oculis in foveam ruere atque  
 deperire, aut absque uno oculo reliquum  
 corpus, putasne e duobus suscipere non  
 secundum? At istud omnibus absque ambi-  
 perspicuum est. Non enim hoc esset odientis  
 corpus, sed corpus reliquum diligentis.» Et sanctus  
 Irenæus in Commentario Matthæi, de eisdem  
 Domini dicentis : *Si oculus tuus dexter vel*  
*scandalizat te, erue vel abscide, et projice abs-*  
*que dextro*, inquit, *oculo, et dextera manu, fra-*  
*ter uxorum, et liberorum, atque affinium, et*  
*quorum monstratur affectus : quos si ad con-*  
*dam veram lucem nobis impedimento cerni-*  
*bemus truncare istiusmodi actiones, ne dum*  
*is lucris cæteros facere, ipsi in æternum per-*  
*ire. Unde dicitur et de sacerdote magno, cujus*  
*Domini cultui dedicata est : Supra patre, et*  
*et filiis non polluetur* (Lev. xxi, 11), id est  
 affectum sciet, nisi ejus cujus cultui dedi-  
 cat. »

A CAP. XXX. — *Quatenus filiis vel propinquis, si pec-*  
*caverint, parcere debeat.*

Attendant autem princeps in propinquitatis neces-  
 situdinibus, quod et in aliis debet attendere, id quod  
 scriptum est : *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur ;*  
*qui autem confessus fuerit, et reliquerit ea, misericor-*  
*diam consequetur* (Prov. xxviii, 12) ; quia scriptum  
 est : *Declina a malo, et fac bonum, et inhabitabis in sæcu-*  
*lum sæculi* (Psal. xxxi, 27.) Quia confitenti et pœni-  
 tenti non sufficit sola confessio, nisi et subsequatur  
 facti emendatio, ut pœnitens pœnitenda non faciat,  
 sicut David sanctus, qui postquam audivit a pro-  
 pheta : *Dimissum est peccatum tuum* (II Reg. xii, 13),  
 humilior factus est in emendatione peccati, ita ut  
 cinerem sicut panem manducaret, et potum suum  
 cum fletu misceret (Psal. ci). • Quia sæpe, ut beatus  
 dicit Gregorius (Moral. lib. viii, c. 11), et reprobi  
 peccata confitentur, sed de his cogitare contem-  
 nunt. Electi autem culpas suas, quas vocibus confessionis  
 aperiant, districtæ animadversionis fletibus inse-  
 quuntur. Unde et propheta, postquam se iniquitatem  
 suam pronuntiare spondit, cogitare se etiam de  
 eis subdidit. Ac si aperte fateretur dicens : Sic  
 reatum lingua loquitur, ut nequaquam expers a  
 mæroris stimulo per alia Spiritus vagetur : sed cul-  
 pas loquens vulnus aperio ; culpas vero ad corre-  
 ctionem cogitans, salutem vulneris ex medicamine  
 mæroris quæro. Qui enim mala quidem quæ perpe-  
 travit insinuat, sed flere quæ insinuaverit recusat,  
 quasi subducta veste vulnus detegit, sed torpenti  
 mente medicamentum vulneri non apponit. Con-  
 fessionis igitur vocem solus necesse est ut mæror  
 excruciet, ne vulnus productum et neglectum, quo  
 licentius jam per humanam notitiam tangitur, de-  
 terius putrescat. Psalmista ergo plagas cordis non  
 solum detexerat, sed detectis etiam medicamentum  
 mæroris adhibebat, dicens : *Iniquitatem meam ego*  
*pronuntio, et cogitabo pro peccato meo* (Psal. xxxvii,  
 19). Pronuntiando enim occultum vulnus detegit ;  
 cogitando autem quid aliud quam medicamentum  
 vulneri apponit? Sed afflictæ menti, et sua sollicitate  
 damna cogitanti, rixa pro semetipsa oritur contra  
 semetipsam. Nam cum se ad lamenta pœnitentiæ in-  
 stigmat, occulta se increpatione dilaniat.» Hoc modo  
 principes filiis vel propinquis, si peccaverint, reco-  
 gnoscentibus ac pœnitentibus parcere debet, alio-  
 quin vindictam secundum modum culpæ in peccan-  
 tes exercere. Si enim Deus Pater, ut dicit Apostolus,  
*proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus*  
*tradidit illum* (Rom. viii, 32), et tamen Pater amavit  
 Filium, quem ad passionem misit, qui, ut item dicit  
 Apostolus, se pro Ecclesia tradidit (Ephes. v), ne-  
 cessario præponderare debet pax Ecclesiæ univer-  
 salis et soliditas generalis, dilectioni etiam dilecti,  
 multo magis autem degeneris filii.

CAP. XXXI. — *In maximis et publicis criminibus an*  
*indulgendum.*

Qui autem de maximis et publicis criminibus ex

corde se non humiliat, sed ad excusandas excusationes in peccatis, peccata sua defendere curat, huic non impendenda est misericordia, quia præstari nullatenus prævalet indulgentia, sicut sanctus Cælestinus in epistola ad Nestorium manifestat, dicens (*epist. 4*): « Persequar plane boni Domini mei fidelis servus inimicos, cum Propheta asserat eos odio se odisse perfecto (*Psal. cxxxviii*). Memor rursus, altero loquente, ne parcam, quem vis hic ego respiciam? cui honoris aliquid reservem, quando agitur, ut mihi totius spei meæ causa tollatur? Ipsius in Evangelio verba sunt Domini, quibus ait, non sibi patrem, non matrem, non filios, non aliquam necessitudinem debere præponi (*Matth. xix*). Etenim talis frequenter est pietas, ex qua nascatur impietas, cum, vincente carnis affectu, charitati illi quæ Deus est, charitas præponitur corporalis. » Et sanctus Gregorius in libro Pastoralis (*part. II. cap. 6*): « Quia falsa, inquit, pietate superatus ferire Heli delinquentes filios noluit, apud districtum iudicem semetipsum cum filiis ereduli damnatione percussit. Hinc namque divina voce dicitur: *Honorificasti filios tuos plus quam me* (*I Reg. II, 29*). Nam in sacra Historia legitur, quod Heli filios suos verbis quidem corripuit, sed severitate discretionis ut debuit non correxit. Unde ipsi filii sui in bello occisi sunt, et arca Dei capta est, et maxima cædes in populo facta est, et ipse Heli de sella cecidit, et fractis cervicibus cum sacerdotii principatu etiam vitam perdidit. » Et beatus Augustinus in epistola ad Macedonium (*epist. 54*): « Non inutiliter metu legum humana coercetur audacia, ut et tuta sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis, dum formidato supplicio frenatur facultas, invocato Deo sanetur voluntas. » Sicut enim aliquando misericordia puniens, ita et crudelitas parcens. Nam si aliter non meruit habere pacem domus David, nisi Absalon filius ejus in bello, quod contra patrem gerebat, fuisset extinctus, quamvis magna cura mandaverit suis, ut cum quantum possent vivum salvumque servarent, et esset cui pœnitenti paternus affectus ignosceret, quid ei restitit nisi perditum flere, et sui pace regni acquisita suam mœstitiam consolari? Quod si propriis visceribus in servanda pace non est indultum, quanto minus in extraneis severitate legum censens parcendum?

CAP. XXXII. — *Quod boni regis sit et virga districtionis, et manna dulcedinis.*

Cæterum Dominus, qui peccantes diu ut convertantur exspectat, et non conversos durius damnat, et pia mater Ecclesia, juxta quod scriptum est: *Virga tua et baculus tuus ipsa me consolati sunt* (*Psal. xxii, 4*), virga percutit, et baculo susten-

tat, docens ut in boni rectoris pectore sit virga districtionis, sit et manna dulcedinis: sit districtio virgæ quæ feriat, sit et consolatio baculi quæ sustentet; sit amor, sed non emolliens; sit vigor, sed non exasperans; sit zelus, sed non immoderate sæviens; sit pietas, sed non plus quam expediat parcens, Ad exemplum Moysi (*Exod. xxxii*), et amet pie, et sæviat districte. Nam cum Israeliticus populus ante Dei oculos pene inveniabilem contraxisset offensam, pro eodem populo se opposuit. Ad eundem vero populum veniens, paucorum vitam gladio exstinxit, qui vitam omnium etiam cum sua morte petiit: dans rectoribus discretis exemplum, ut recognoscentibus et vere confitentibus ac pœnitentibus parcant, et incorrigibiles atque in peccato perseverantes damnent, sicut Petrus Ananiam et Saphiram, et Simonem Magum (*Act. v*), qui crurifragio periit, sicut in Hegesippi historia legitur, et Paulus publice peccantem tradidit Satanæ (*I Cor. v*), et Helimam cæcitate percussit (*Act. xiii*).

CAP. XXXIII. — *In pluralitate peccantium vindicta propter difficultatem negligenda vel differenda.*

Et si forte quis dixerit, competenter vindicta in una persona fieri potest, in pluralitate autem peccantium, propter difficultatem, vindicta aut negligenda aut differenda esse videtur: contradicit eis sanctus Innocentius in Decretis suis, ad Macedones episcopos (*epist. 11, cap. 6*): « Pervideat ergo dilectio vestra, hactenus talia transisse, et advertite quod utique, ut dicitis, necessitas imperavit, in pace jam Ecclesias constitutas non posse præsumere: sed ut sæpe accidit, quoties a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum soleat transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, et de reliquo maxima sollicitudine præcavendum. » Et hinc item in Decretis apostolicæ sedis: « Si, inquit, omnes sacerdotes et mundus assentiat damnandis, damnatio consentientes involvit, non prævaricationem consensus absolvit. Non enim crimen minuitur, sed accrescit, cum generale fit ex privato. Hoc enim Deus omnium iudicavit, qui mundum peccantem generali diluvio interemit. »

Ecce de quibus exiguitatem meam sublimitas sapientiæ vestræ consuluit. Habetis sacræ Scripturæ et doctorum catholicorum sententias: haurite nunc aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, id est doctrinam ex verbis eorum, quibus idem Salvator dicit: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem, inquit Evangelista, dixit de spiritu quem, accepturi erant credentes in eum* (*Johan. vii, 38, 39*): qui quod eodem spiritu inspirante hauserant, scribendo ad nostram notitiam manaverunt.